6

sitio. Tale etiam constitutum coniurationis ypocratis medicinale sacramentum
secundum ei preceptum. Ut quascumque domos introierit sinthoma uoluntaria lesi-
one uel corruptione. Non etiam datum medicamentum mortale nec ad mulieribus
persuasus abortiuum dandum neque. Interesse tali consilio sed inmaculatas et sanctae pre-
uerasse oportet ad ueneriosis operibus ab ancillis et liberis et maritatas et uir-
ginibus. Quidquid audierit et uiderit in cura aut extra cura quae non opor-
tet indicare ex istamet secretum esse. Ypocratis quidem genus ex asclepio patre
autem eraclitam ciboruero chuos didicit fisicam fidem mellissi philosophia et barba
democritus addidit. Medicinale autem eraclas patris scribsit libros LVI. Poste-
riores autem eius qui succeserunt huius thessalus draccus epocratis iunior pol-
emmius quorum libri non apparuerunt. Subsequente autem tempore facti sunt
rationabiles potentes medici deocles praxagoras herophilos erasistratus
asclepiades atheneus agathaneus ariston archigenes herodotus philominus
anallus. Imperita autem serapion eraclitas glaucias menodotus thedaret the-
odosius. Metodici uero simon thessalus tetinus philomina sear olempicus
mimenatus soranus quorum libri manifestis. Ex consensu itaque omnes discribserunt
medicinam in elimentis quattuor quorum primus est cyrorgicus secundus farma-
cheticus tertius dieticus quartus pronosticus. Sensus uero in nobis sunt
quinque uisus auditus gustus odoratus et tactus. Constat autem homo ex isperiebrium
quattuor ex neruis uinis ossibus arteriis spiritu carne adipis charalaginis :sangu
unguis capillus omentum medulla et membrana. Excalationes autem in nobis sunt
decem quorum prima uentris secunda urinarum tertia uomitus quarta sudoris
quinta sputus sexta per inuisibilibus poris septima ueneris operatio octaua na-
rium nona oculorum decima aurium. Mulieribus autem sunt XII lactis officium
et menstruorum emanatio. Constat autem omnis corpus hominis ex ossibus CC
XXVIIII. Horum conlacent aliqua particulis aliqua per comersuram et per comferrū-
dentes. Caput quoque habet sasuras quinque ossa sex excemata uelut corona per
medium labdo idem plectitur. Facies autem ossa septem. Dentes uero quidem contras
diuisoris t incisores appellantur. Qui autem interiores mole dicuntur. Qui autem
molaris antecedunt quattuor canini dicuntur. Sunt autem numero XXXII. Plerumque
autem spondoli XXIIII. Suppositum est caput super humeros. Habet autem collo spon-
dolis VII. dorsus XII. lumborum VI. pala II. pectores duo brachiorum duo